

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. VI

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

quam ob rem nomen **רור** *titionem fumantem* designet, uti diserte adpellatur Es. VII, 4. **ר** *vapor, fumo similis*. Gen. II, 6. et Job XXXVI, 27, ubi phrasis, *ut confluant (guttæ aquæ) in pluviam per vaporem suum*, reddi potest. **רורה** *gravitas* rem ad aliquid compellens, *caussa impellens*, Gen. XXI, 11. ex arab. **ר** *durus, validus fuit ad producendum effectum*.

§. VI.

רורה p. 21. Apud Arabes **רורה** est *teneriore adfectu propensus fuit in quid, vel quem*. Vnde cognoscitur, quid hæc radix in hebraismo in Kal significet, licet ibi inusitato, et cur in *Piel* sit desideravit, in *Hithpael*, Num. XXXIV, 10. *præoptavit*. Hinc **רורה** pro **רורה** *ardens desiderium cum propensione in rem conjunctum, significat*, Prov. XXXI, 4. ubi **רורה** est *ardens desiderium potus inebriantis*, ex Conjug. *Kal*, **רורה** autem Deut. XII, 15. 20. 21. ex Conjug. *Piel*. **רורה** itaque in regimine **רורה** *ubi?* innuit. Rem enim desideratam quærentes, quærunť nisi præsens sit, *ubi loci sit?* Gen. IV, 9. Jer. V, 7. Hinc **רורה** *res desiderata est, seu in quam desiderium fertur, et in qua occupatur, et quiescit* Ps. CXL, 9: *desiderata improbi, i. e. in quæ desideria improbi feruntur*. **רורה** vero *adfectum desiderii in subiecto desiderante declarat; metonymice desiderabile in quod desiderium ferri possit*, Gen. III, 7. Hinc **רורה** 1. vox est aliquid *desiderantis* e. g. *leva-*

N 2

men

men doloris 1 Sam. IV, 7. Jer. IV, 31. Thren. IV, 38. 2. vox *vindictam denuntiantis*, Jer. III, 11. Num. XXI, 29.

§. VII.

אֵרִיס *Aries*, p. 24. *cujus pars anterior, id est, frons crassior est, quam ovis. Hinc metaphoricè de anteriore ædificii parte, imprimis superliminari usurpatur, quod ob crassitiem projectior et prominentior est postibus, quibus incumbit.*

§. VIII.

P. 33. præmittenda erat voci קִיפִּין radix inusitata פִּינִן apud Arabes פִּינִן *angustus fuit, presfit.* Vnde פִּינִן *catena angustans eaque vinctum premens*, Jerem. XL, 1. 4.

§. IX.

וָוִן *ibidem.* Apud arabes radix וָוִן *est robustus evasit, firmitatem adquisivit, in Conjug. II. est cinxit, induitque corpus tegumento.* Quorum prior significatus *modum roborandi corpus per cincturam innuit, posterior vero vocis וָוִן notionem declarat.* Cæterum verba *ligandi et cingendi in hebraismo notionem confirmandi habere observandum est.* Quoties autem vox וָוִן in codice hebræo occurrit, accurate examinandum est, *cinguli stricte dicti significationem, an tegumenti admittat.* Sic Es. V, 27. *tegumenti notionem admittit inferiores corporis partes cingentis.*

§. X.